



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. II. Quae dicantur res modicae, seu exigui valoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

- 50
- 5 Et an possit alienari inconsulto Papa modica pars magni prædij ecclesie.
 - 6 Quæ censeantur res exigui valoris.
 - 7 An in permutatione inter ipsas Ecclesias requiratur beneplacitum apostolicum, & num. 8.
 - 9 An transactio de re ecclesie possit fieri sine solemnitate. & nu. 10.
 - 11 An Rector ecclesie possit absq. solemnitate cedere actionem ad rem mobilem.
 - 12 Et an possit facere compromissum.
 - 13 Quid, si ecclesie competit actio ad fundum, vel ad pecuniã alternatiuè.
 - 14 An alienantes, vel recipientes res exigui valoris incidant in poenas d. extrau. Ambitiosa.

for. eccles. cap. 6. num. 26. & refertur etiam inter Decis. Divers. par. 4. dec. 149. ratio videtur esse, quia in d. Extrau. excipiuntur casus à iure permitti Genues. in Prax. Archiep. cap. 60. num. 3. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 50. vnde sufficit auctoritas Episcopi in locatione ultra triennium quoad res exigui valoris, Quarant. in ver. alienatio nu. 18. vers. secundò declaratur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 109. Barbof. loco cit. d. all. 95. num. 51. non tamen sufficeret auctoritas Vicarij, seu officialis Episcopi, nisi habeat speciale mandatum, ut decisum refert Ricc. in Collect. decis. 2201. par. 6. Secus dicendum est, quando prædium esset Ecclesie utile, hoc enim casu licet sit exiguum, non tamen posset absque assensu sedis apostolicæ alienari cap. 1. vbi glos. 17. q. 4. quemadmodum nec potest absq. beneplacito Papæ alienari modica pars magni prædij ecclesie, quia hoc modo possent paulatim alienari omnia prædia ecclesie in fraudem legis Genues. d. cap. 60. nu. 3. in fin.

CAP. VIII.

Quo casu sufficiat auctoritas Episcopi in alienatione rei Ecclesie.

§. I.

An in rebus exigui valoris sufficiat auctoritas Episcopi.

§. II.

Resp. affirmatiuè, & ideo vineolæ exiguæ, & ecclesie minus utiles auctoritate Episcopi alienari possunt, cap. terrulas 12. q. 2. cuius dispositioni neque per dictam extrau. Ambitiose, neque per decretum Concilij derogatum fuit, ut censuit Sac. Congregatio Concilij teste Vulp. in Prax. Iudic.

Quæ dicantur res modica, seu exigui valoris.
Resp. quod quando valor rei, quæ alienatur, summam 25. aureorum non excedit, solet pro pauca, aut modica summa reputari, ut censuit Sac. Cong. Episcoporum 22. Maij 1601. apud Glan. in ver. Alienantes nu. 7. sed alij Doctores id remittunt arbitrio Iudicis

ris, qui attendere debet consuetudinem locorum, & quantitatem rei, quæ alienatur iuxta cap. ceterum de Donat. item conditionem ecclesiæ, si est tenuis, vel multum abundans, & qualitatem temporum, & rerum Quarant. ubi supra nu. 41. Genouens. in Prax. d. cap. 60. num. 3. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 36. vnde obseruat Barbof. d. par. 3. all. 95. nu. 51. quod modicum potest esse vsque ad 50. aureos, alibi vsq. ad 20. & alibi vsq. ad 10. & etiam minus respectu qualitatis, & conditionis locorum, & ecclesiarum.

§. III.

An in permutatione rerum vnus ecclesia cum bonis alterius ecclesie sufficiat decretum Episcopi.

7 **A**ffirmatiuè respondent Doctores apud Barbof. d. all. 95. num. 55. & seq. tum quia hic casus est à iure permissus in cap. 1. de Reb. eccles. alien. tum quia textus in d. extrau. Ambitiose videtur loqui de permutationibus faciendis cum laicis, vt colligitur ex illis verbis, *prophanis vsibus applicare*, & hoc casu non transfertur dominium in prophanos vsus, & ita etiam tenet Vulp. in Prax. for. eccles. cap. 6. num. 15. vbi dicit, validam tunc esse permutationem, si pro vtriusque ecclesiæ commoditate fiat Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 35. & 71. vbi hanc sententiam admittit etiam in alienatione rei vnus ecclesiæ alteri facta.

8 Sed quidquid sit de iure, contrarium in praxi seruatur, nam si agitur de summa notabili, recurritur pro licetia ad sedem apostolicam, vt d. Quarant. loc. cit. n. 15. Barbof. ubi sup. nu. 57. in fin. Ricc. d. ref. 35. & 71. in fin.

§. IV.

An transactio de re ecclesia possit fieri sine solemnitate.

9 **A**ffirmatiuè respondent Doctores, modò sit de re dubia, cum euidenti ecclesiæ vtilitate, & possessio non sit penes ecclesiam, nam si per transactionem ecclesia rem relaxaret, in cuius possessione existit, tunc proculdubio solemnitates requiruntur, vt post Rebuff. & Roland. d. Quarant. in ver. alienatio, numer. 43. vers. Duodecimò limita Ricc. in Collect. dec. 3054. par. 7. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 43. & alij apud Barbof. d. all. 95. num. 63. quod intellige, dummodò accedat etiam consensus Episcopi, qui cognoscere debet de euidenti ecclesiæ vtilitate iuxta c. Statuimus de transact. alias huiusmodi transactio non ligaret successorem, vt d. glos. communiter recepta in cap. veniens ver. inter a ios eod. tit.

10 Alij verò distinguunt, aut agitur de modica summa, & tunc in transactione sufficit auctoritas Episcopi, aut agitur de summa notabili, & tunc requiritur beneplacitum sedis Apostolicæ, vt constat ex d. c. veniens. de Transact. & ita practi-